Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



anumerat has dicens Multitudo terre villarum possessio et multitudine
et magnitudine et pulchritudine differentiam / videamus ergo has et
reduceamus eas ad duas species ne in merito vagemur et sint hec prima
est latitudo terre et multitudo ciuitatum et villarum seu opidorum et hoc
est quod dicit Oseas Multitudo terre villarum possessio Secunda est pulchra dif
ferencia terrarum et gentium et hoc est quod sequitur multitudine et magni
tudine et pulchritudine differentium Quantum ad primam videlicet quod
ad multitudinem terre et villarum possessionum attinet / constat quod regnum
Castelle cui preest dns meus rex est longe latior terra et in ea
est et ciuitatum et opidorum et villarum maior nus qua in anglia quod
manifestum est cuilibet qui vtrique regnum viderit Sed quia
interdum assertiones hominum propter diuersas assertiones variantur no
curemus in hoc adducere testes sed probemus per scripturas autenticas
Et narrat ysi in Cathaliorum et omnes quotquot de diuisione terrarum scri
bunt / quod hyspania habet prouincias sex videlicet Germania Cartaginem
lusitania Galecia Bethitham et transfretum in regione Affrice ex
quibus quatuor integre sunt subditorum domini mei regis videlicet
Carthaginem lusitania Bethitha et Galecia et etiam habet Insulas
maris mediterranei Nam habet ibi tarifam montissima / et certum
est quod in longitudine que incipit a lorca que est prope almeriam ciuitate
Regni granate et durat vsque ad finem Galecie sunt xxxv dietae legales
et in latitudine que est a tarifa vsque ad opidum fontis rubidi quod est
prope Barcona aquitanie sunt bene xxxv dietae / et sic patet dici aliqualiter
de eo licet profundubio non qualiter quantum ad totum orbem sicut de siluatione
scribit nec profecto de domino summo et eterno quale est dimensum sed spiritali
et transitorio quod dinatur a mari vsque ad mare et a flumine vsque ad ter
minos orbis terrarum Nam a Carthagine et Regno Murcie quod est ad mare
mediterraneum vsque ad vizarram et galeciam hyspania ulteriorem
a uteriore que sunt ad littus maris oceani et ab vbera flumine quod
diuidit hyspaniam ulteriorem a uteriore vsque ad opidum quod re et
nomine dicitur finis terre vbi est vltimum finis occidentis omnia
sunt subiecta dyademati suo / Anglia vero licet sit notabilis insula
Nam dicit abbas et glossa qui in suis glosa non tamen sunt in ea totidem
prouincie nec tam late quam et si notissima sit tamen ut sicut proxime
dixi nolo adducere testes sed per scripturam possumus demonstrare totam dimensionem
Anglie / ait enim vsidorus lib xiiii ethy cap / ambitus anglie est
quadragies omnes et septuagies quinque milia et sic habet in circuitu